Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent

nes. ⁊ guerre. et multiplici possint causa oriri. ex lingue tamen solutione maxime proficiscuntur. ⁊ plures in guerra lingua rum q̃m illi cor grauius feriunt. Qui. vt super psalmos Augustinus inquit. gladio lingue feriunt. ⁊ non soluz in bello militiarum. verũ etiam ⁊ in feritate bestiaꝝ. Per inde i libro de natura ⁊ gratia dicit. Dolosa lingua plena ẽ veneno mortifero. vtq̃ nocentiore. q̃ bestiarum atq̃ serpentum. Quoniã illud carnem hoc naturam interficit. Memento igitur a lingẽdo lingua dicit. Lingit quidem adulãdo. mordet detrahendo. Occidit mentiẽdo. ligat ⁊ ligari non potest. labilis est et teneri nõ potest. sed labitur ⁊ fallit. Labitur vt anguilla. Penetrat vt sagitta. Tollit amicos. Multiplicat inimicos. Mouet rixas Semniat discordias. vno ictu multos percutit ⁊ interficit. blanda est ⁊ subdola. lata ⁊ parata ad exhaurienda bona. ⁊ miscẽda mala. Ergo qui custodit linguam suã Custodit animam. quoniam mors ⁊ vita in potestate lingue. propterea magnus ille stoicus Seneca. vt licentiosa manci pia animi impio redigendam esse linguã iubet. Quoniam nullus lingue preceps. fedus tenet amici. ãnimo in omnibus mendosus ⁊ fallax. cuncta cõmertia. cũcta pacta. ⁊ confederationes omnes. ⁊ frãgit et soluit. Inde conuitia que sunt contumelie. ⁊ vituperia ⁊ maledicta ⁊ criminũ obiectiones. Et ex his rixe. iurgia. dissentiones. ⁊ lites oriuntur. Idcirco mandat vt quicunq̃ eoꝝ aliquo alteꝝ leserit. memor sit illico satisfactione curare quod fecit. Recentia vulnera curanda sunt. ne si antiquentur in fistulam. vel in quamuis aliam incurabilem mortiferãq̃ plagã vertantur. Ita ⁊ vitia nisi mox deleantur e mẽte. sic eam inficiũt. vt nulla aut mima sit de ea spes habenda salutis. Mãq̃ sepenumero. cũ ab ocioso verbo lingua nõ restrãgitur ad noxia dilabimur. Inde ad murmura ⁊ detractiões descendim⁹. Ex his ad conuitia ⁊ maledicta serpim⁹. Et quibus ad lites ⁊ contentiones vebimur ⁊ iuxta Salomonis vocem dum negligim⁹ corrigere mima, plabimur ad maiora Fit etiã vt si ex vitio oriaẽ vitiũ. prolongetur iniquitas. Hinc ppheta ait. Ve q̃ trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. ⁊ Dauid. Prolongauerunt iniquitatem suam. dñs iustus concidet cerunices peccatoꝝ. Cauendum est igitur omni no peccatum. Melius est enim cauere. q̃ emendare. melius non cadere q̃ surgere. q̃ si fragilitate quis deliquerit. q̃ citius curare studeat quod cõmisit. si conuitiatus est alicui. si maledixit. si crimen aliqd̃ obiecit. corde ⁊ ore veniam cum gemitu postulet. ⁊ q̃ graui ẽ se errasse cognoscat. dicente Apl'o. Maledici regnũ dei nõ possidebunt. ⁊ dñs in euãgelio. Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne ignis. Et ille qui lesus est sine disceptatione. et prorsus sine aliqua cõtrouersia dimittat. Ille presto ad veniã postulandam. lesus citior ad iniuriam remittendã esse debet. ille vt liberetur a culpa. hic vt repleat gratia. ille vt sathane soluatur funiculo. hic vt saluatoris fruatur presidio. Sic enim celestem nos docuit orare patrẽ. Dimitte nobis debita nostra. sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Si nos multũ cito ac libenter dimittim⁹. Ita ⁊ deus dimittit nobis. Si autem parũ tardeq̃ dimittimus. parum tardiusq̃ nostra ipse relaxat facinora. Hinc Isidorus ait. Qui fratrem suũ sibi tardius reconciliat. deuz sibi tardius placat. Hinc venerabilis Hugo dicit. frustra enim deum propiciari sibi querit. Qui cito placari cum proximo negligit. Hinc in euangelio conseruo suo non dimittens denarios centum sibi debenti compulsus est decem milia talẽta reddere. que ei dominus rogatus dimiserat. Ex quibus sane fit. si hoc quod in nos delinquitur ex corde nõ dimittimus Illud rursus exigitur. quod per penitentiam fuerat nobis ante dimissum. caueat igitur vnusquisq̃ fratrum retinere iniuriam. quia sicut dimittere nihil deo gratius ita recontra. retinere deo nihil displicibilius. In remissione iniuriarum quantum quisq̃ lucretur attendat. In primis indulgentiam de male cõmissis ipse meretur. Subinde venie culparum antea dimissarum ratificationez impetrat. postremo cumulum auget gratiarum. Et subdit. Si autem inuicem se leserint alter scilicet alteri conuitiando. maledicendo. et crimina obijciendo. inuicem sibi debita